

aduentu. per omnem utiq. creaturam. diuinum illud no-  
men suum extendit. Non repletum accessione aliqua.  
plentudo enim nescit augmentum. sed replet uacua.  
ut esse & admirabile nomen eius in uniuersa terra.

Huius igitur effusio nominis. abundantem quandam  
exuberantiam gratiarum. bonorumq. celestium signi-  
ficat largitatem. Ex abundantia enim superfluit.  
quicquid effunditur.

.VIII.

**I**taque sicut creata non potest dici sapientia. que ex  
di ore procedit. nec uerbum quod eructatur ex cor-  
de. nec uirtus in qua plentudo maiestatis eterna e.  
ita etiam creatus non potest sps aestimari. qui ex ore  
di funditur. Cum ipse ds tantum ostenderit unita-  
tem. ut effundere se despu suo dicat. Quo intellega-  
mus. quia etiam di patris eadem gratia. que sps sci e.  
& quod sine incisione ac detrimento aliquo. diuida-  
tur mentibus singulorum. Quod ergo despu effun-  
ditur. nec inciditur. nec partibus aliquibus corpora-  
libus comprehenditur. aut secatur. Quomodo enim  
credibile est. quod sps sectibus aliquibus diuidatur.  
Dicit iohannes de do. Ex hoc cognoscimus. quia manet